UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodvs Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

Parisiis, 1644

Eiusdem patris nostri sanctae memoriae Germani ad Constantinum episcopum Nacoliae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15473

Visual Library

ANNO CHRISTI 787.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· ἀληθῶς δέσποτα ἐν πᾶσι συμφωνεῖ.

Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπε· ταῦτα τὰ γράμματα λαβὼν ὁ Νακωλείας ἀπέκρυψε, καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτὰ τῷ μητροπολίτῃ αὐτοῦ. πρὸς ταῦτα λοιπὸν πάλιν γράφει τῷ Νακωλείας ὁ μακάριος Γερμανός. ἡ γὰρ ἀρχὴ τῆς αἱρέσεως ἐξ αὐτοῦ ἐγένετο.

* Θεόδωρος

* Θεοδόσιος ὁ θεοφιλέστατος μοναχὸς, διάκονος καὶ νοτάριος καὶ σκευοφύλαξ τῶν ἁγίων πατριαρχικῶν εὐκτηρίων, ἀνέγνω.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γερμανοῦ πρὸς Κωνσταντῖνον ἐπίσκοπον Νακωλείας.

ΙΩΑΝΝΗΣ ὁ θεοφιλέστατος τῆς Συναδέων μητροπολίτης γεγράφηκεν ἡμῖν, ὡς οὐκ ἀπέδωκεν αὐτῷ ἡ θεοφιλία σου τὰ ἡμέτερα γράμματα· ἐφ' οἷς οὐ μετρίως ἐπὶ σοὶ ἐλυπήθημεν, ἐν δευτέρῳ θεμένῳ, ὡς ἔοικε, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, καὶ τὴν ὀφειλομένην τοῖς μέλεσι τοῦ Χριστοῦ παρ' ἀλλήλων ἀγάπην τε καὶ τιμήν. τούτου χάριν διὰ τῶν παρόντων ἡμῶν γραμμάτων παραγγέλλομεν τῇ θεοφιλίᾳ σου, παρευθὺ δι' ἑαυτῆς ἀποδοῦναι τὴν προλεχθεῖσαν ἡμῶν ἐπιστολὴν τῷ εἰρημένῳ θεοφιλεῖ αὐτῆς μητροπολίτῃ, καὶ πᾶσαν αὐτῷ τιμὴν ἀπονέμειν, καὶ ὑπείκειν αὐτῷ κατὰ τὴν πρέπουσαν ἱερεῦσι τάξιν. καὶ καθὼς τοὺς ἡμετέρους λόγους ἐδέξατο ἡ θεοφιλία σου, καὶ τούτοις ἐξακολουθεῖν ὡμολόγησεν, ἐμμεινάτω, μὴ τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορουμένη. οὐκ ἀγνοεῖ γὰρ, οὔτε μὴν ἐπελάθετο, ὥς γε λογιζόμεθα, ὅτι καὶ ἀποτάξασθαι τῆς οἰκείας ἐπισκοπῆς παρεκάλεσεν ἡμᾶς,

Sancta Synodus dixit: Vere domine in omnibus concordat.

Taraſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Has literas ſuſcipiens Nacolienſis abſcondit, & non dedit eas metropolitano ſuo. Ad hoc iterum ſcribit ad Nacolienſem beatus Germanus. Initium enim hæreſeos ex illo fuit.

* Theodorus Deo amabilis diaconus, notarius & ſceuophylax venerabilium patriarchicorum oratoriorum, legit. * Theodoſ.

Eiuſdem patris noſtri ſanctæ memoriæ Germani ad Conſtantinum epiſcopum Nacoliæ.

IOANNES Deo amabilis Synadenſium metropolitanus ſcripſit nobis, quod non tradidit ſibi Deo amabilitas tua literas noſtras: in quibus non mediocriter ſuper te contriſtati ſumus, eo quod poſtpoſueris, vt liquet, & Dei * amorem, & debitum membris Chriſti ab alterutris amorem pariter & honorem. Huius rei gratia per præſentes literas noſtras præcipimus Deo amabilitati tuæ, vt ſtatim per ſemetipſam det prædictam epiſtolam noſtram prædicto Deo amabili metropolitano ſuo, & omnem ei honorem impendat, & ſubiaceat ei ſecundū ordinem qui condecet ſacerdotes. & quemadmodum ſermones noſtros Deo amabilitas tua ſuſcepit, & hos ſectari profeſſa eſt, permaneat, non in ſenſu ſuo abundans. Non enim ignorat, nec obliuiſcitur, vt exiſtimamus, quia & pro abrenuntiando epiſcopatu proprio nos rogauit, * Gr. timorem.

prætendens incurſionem meditari contra ſe, in quibus, vt dicebat ipſa, non erat conſcia: affirmans nihil ad iniuriam Domini vel ſanctorum eius propter horum imaginem ſe dicere vel agere, ſed tantummodo ſcripturæ ſectari magiſterium, eo quod nihil in creaturis diuinum mereatur honorem. Quod & nos ita ſe habere didicimus, & firmiter retinemus & profitemur. Quæ autem ſcripta ſunt a nobis ad iam memoratum Deo amabilem metropolitam eius, legimus ei; & in his permanere profeſſa eſt: & exemplaria huiuſcemodi epiſtolæ præbuimus ei. Ne ergo velis ſcandalum fieri plebi experti malorum, memorans terribilis iudicii Domini, quod etiam his qui vnum puſillorum ſcandalizant, inferre minatus eſt. Hoc autem ſciat, quod donec epiſtolam noſtram tribuerit Deo amabiliſſimo metropolitano ſuo, ex auctoritate ſanctæ ac conſubſtantialis Trinitatis non habeat poteſtatem qualecumque contingere ſacerdotale officium. Oportet autem magis nos auſterius eam aggredi, quam non correctam diuinitus referendæ damnationi eam deſerere.

Matth. 18. Marc. 9. Luc. 17.

Taraſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Sicuti & prædixi, fratres, introductio illatæ nouitatis huius ex prædicto viro, id eſt, epiſcopo Nacoliæ, facta eſt.

Conſtantinus Deo amabilis diaconus & notarius legit.

προτείνουσα ἐπανάστασιν μελετᾶσθαι κατ᾽ αὐτῆς, ἐφ᾽ οἷς, ὡς ἔλεγεν αὐτή, οὐ συνῃπίστατο· διαβεβαιουμένη μηδὲν πρὸς ὕβριν τοῦ κυρίου, ἢ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, ἕνεκεν τῆς τούτων εἰκόνος εἰπεῖν ἢ διαπράξασθαι, ἀλλ᾽ ἢ μόνον τὴν γραφικὴν προτείνειν διδασκαλίαν περὶ τοῦ μηδὲν τῶν ἐν κτίσμασι τῆς θείας ἀξιοῦν τιμῆς. ἣν τινα καὶ ἡμεῖς ἐδιδάχθημεν οὕτως ἔχειν, καὶ βεβαίως κρατοῦμεν, καὶ ὁμολογοῦμεν. καὶ τὰ γραφέντα δὲ παρ᾽ ἡμῶν πρὸς τὸν μνημονευθέντα θεοφιλῆ μητροπολίτην αὐτῆς ὑπανεγνωμεν αὐτῇ, καὶ τούτοις ἐμμένειν καθωμολόγησε, καὶ τὰ ἴσα τῆς τοιαύτης ἐπιστολῆς παρέχομεν αὐτῇ. μὴ οὖν θελήσῃς σκάνδαλον γενέσθαι λαῷ ἀπειροκάκῳ, μεμνημένος τοῦ φοβεροῦ * βήματος τοῦ κυρίου, ὅπερ καὶ τοῖς ἕνα τῶν μικρῶν σκανδαλίζουσιν ἐπάγειν ἠπείλησε. τοῦτο δὲ γινωσκέτω, ὡς μέχρις ἂν τὴν ἡμετέραν ἐπιστολὴν ἀποδῷ τῷ θεοφιλεστάτῳ αὐτῆς μητροπολίτῃ, ἐξ ἐπιτιμίων τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου τριάδος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν οἱασδήποτε ἐφάψασθαι λειτουργίας ἱερατικῆς. δεῖ γὰρ ἡμᾶς μᾶλλον αὐστηρότερον αὐτῇ προσενεχθῆναι, ἤπερ ἀδιόρθωτον αὐτὴν καταλιπεῖν, τῇ παρὰ τοῦ θεοῦ κατακρίσει ἐσομένην ὑπεύθυνον.

*[illegible]

Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπεν· ὡς καὶ προέφην, τίμιοι ἀδελφοί, ἡ εἰσαγωγὴ τῆς ἐπεισάκτου καινοτομίας ταύτης γέγονεν ἐκ τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς ἐπισκόπου Νακωλείας.

Κωνσταντῖνος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος καὶ νοτάριος ἀνέγνω.

ANNO CHRISTI 787.